

Templum Literarum ab Haereticis Gallis
ad Polonos Haereticos ex Gallia ducantur.

119
Supremus Frater omnes charissimos nostro
omnium nomine plurimum salvere. Quibus
ingentes gratias agimus de tanta in Gallias omnes
Ecclesias afflictissimas benevolentia, vehementer precante
ut in ea perpetuo perseverent: quemadmodum et nos
viximus, pro Christianis Poloniarum Ecclesijs Deum Opt.
max. assidue precari non desinimas.

Rogamus eosdem fratres, ut Illis et Gravis Dominos
Christianorum Poloniarum Ecclesiarum dationes humiliter
nostro nomine solvant, pro quibus etiam precas fuisse
non desistimus: ut Sanctum suum Spiritum, tam
necessario tempore ipsis largiatur: et potentissimum
Poloniae Regem, tam adversus vim omnem hostilem,
tam etiam inimicis contra omnem Satanae Antichristi
versutiam protegat. Commendamus eisdem Illis et Gravis
Dominis, tot nobilium Svecorum, et reliquorum Fratrum
consilijs, Antichristi in Gallia pro Christi nomine interse-
dendam existimationem: quam Pseudo Episcopus ille
Apostata tam falso et imprudenter ledere ausus est.
Cujus improbi hominis calumniosae et mendacissimae
asportiones, non abunde melius, quam ex ipsis Regis
litteris, et aliorum de hoc ipso facto, scriptis, Regis
voluntate in Gallia, quibus convinci possunt, ut suo
ipsorum testimonio per iniusti homines redarguantur.

Quod ad rem ipsam attinet, valde quidem
optaremus, illa populo impetari, quae in Rege Gallo
prostatum instituerunt, ut hac ratione utriusque Regni

et quidem in primis gloriae Dei Opt. Max. consulere.
Sed nihil tale, imò contraria omnia ab ijs expectanda
sunt: quibus semel constitutum et irrevocabiler
decretum est, sui ipsius potius ruina et exadio patriam
obnuere, quam pati ut Regnum Dei obtineat. Neq;
id vix isti Apostatae ignotum est, qui certe non eo
consilio hoc proponit, quasi illa impetrari ulla ex
parte possint; sed duntaxat, ut hoc obiecto fumo,
abrupat aliorum competitionum conatus; et quoquomodo
efficiat, ut sui domini ratio, istis Comitibus habeatur.

Deniq; ut obiecto isto impedimento, deo res
promogatur, aditum aliquem novis artibus et technis
sibi patefaciat. Itaq; fortassis eò usq; devenietur, ut
istorum quoq; impetrationum spes fiat. Verùm hoc sciunt
Fratres: tam demùm istis maxime diffidendum esse,
cum omnia promittant, quibuscunq; verbis et
cautionibus utantur.

Quàm grave sit nobis ista scribere, potest satis
intelligi. Sed absit, ut eos nobiscum deapi patiamur.
Quid amplius etiam, si quid ipsorum, re ipsa genti
Gallicae intercedentibus illis, prestaretur: absit tamen
à venis et sinceris Gallis, ut sua comoda ex aliorum
exadio comparata velint.

Haec semel intelligentibus et Patriae amantibus
dixisse sufficiat. Dominus Deus consilia omnia
Polonicae Gentis dirigat, et suos in primis adversus
hujusmodi principem tueatur.